

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Alia

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Charissime pater: Deo aeterno patri Domini nostri Iesu Christi gratias ago, quod te reduxit domum: ac toto peiore eum oro, ut nos omnes immensa misericordia sua seruet & regat. Nisi enim auxilio Dei iuuemur, neque coetus hominum seruari, neque uitam tueri singuli possunt. Adfirmat autem filius Dei, se custodem & Ecclesiae & omnium innocantium esse. Et sicuti in hesternae concione de Samaritano audiuius, imponit nos filius Dei suis humeris gestandos, sicut ille Samaritanus saucium uiatorem iumento imposuit: & sua manu uulneribus nostris medetur. De studijs meis uoluntatem tuam sequar. Ego quidem decreui Iuris doctrinam discere, & in ea uocationis Reipublicae aliquando seruire: si tamen & sententia & authoritate tua hanc meam uoluntatem probabis, & tua beneficentia me adiuuabis. Ac oro filium Dei, ut totum uitae meae cursum regat. De negocijs publicis, etsi multa hic feruntur: tamen hanc unam historiam literis dignam esse iudicauimus, cuius lectionem tibi etiam non inuicendam fore speraui. Venit huc quispian ex Gallia nobilis uir ac doctus, qui narrat honestissimam matronam uiduam Budaei, una cum filiabus Lutetia migrasse ad Caluim Ecclesiam, ut ibi & uocem Euangelij audiat: & longius

gius absit à seuitia, quæ in regno Gallico aduersus
 Euangelij studiosos exercetur. Hoc exemplo ma-
 trone ualde moueri multos homines in Gallia,
 idem affirmat: propterea quòd mortui mariti sui,
 doctissimi & grauisimi uiri, iudicio existimatur
 hanc doctrinam amplecti, de qua ipsum multa piè
 differuisse ante mortem constat. Nos quoq; talibus
 exemplis confirmemur: neq; fracti animis, confes-
 sionem ueritatis abijciamus. Deus æternus pater
 Domini nostri Iesu Christi, seruet te, & carissimã
 matrem nostram, & fratres & sororem. Bene ua-
 le: Die 16 Septembris.

Clarissimo pariter & doctissimo uiro,
 D. Ioanni Hesso, theologo eximio,
 & patrono suo, P. Mosel-
 lanus S.

Puer ille Ioannes Seidliceus, què superiore an-
 no nobis accuratè commendasti, iam sumptum fe-
 cit hic annum totum et amplius, Camitiani, homi-
 nis ut mihi egregiè amici, sic insignitè docti, con-
 uictu. ei enim adolescentulum curandum com-
 mendaram. Sumptus autem quos fecit hæctenus,
 surgunt in aureos quadraginta. nam tantum ex-
 pensum est pro cibo, potu, uestib. libris, medicinis,
 sine quibus uita humana transigi non potest. Iam
 tu cogita quàm indignum sit, bonum uirum Cami-
 tianum